

D E
A P O P L E X I A .

Post curationem Epilepsiae, deueniendum est ad curationem Apoplexiæ. In qua quidem re primò, tangemus nomen: secundò definitiōnem; postea causas, postea signa; demum veniemus ad curationem. Huius morbi nomen est apud Græcos, *Apoplexia*, apud Latinos *attonitus*. Nos vero, *il male della gacciola*. Ethymologiam nominis græci talem refert Celsus 3. lib. 26. cap. quoniam qui cadunt in hunc morbum videntur ferè esse tacti à fulmine; adeo remanent fine sensu, & motu: ideo dicuntur quasi percussi, & quasi tacti à fulmine. Latini vocarunt ipsum morbum attonitum; quasi stuporem, & languorem corporis, & mentis: ij enim qui in hunc morbum cadunt restant omnino sine sensu, & motu, quasi stupidi, & insensati.

Definitur etiam hoc pacto. *Apoplexia est subita amissio sensus, & motus, lesa anhelitu, vel omnino ablato propter obstrucionem ventricorum cerebri cum lesione virtutis sensitivæ interioris, & exterioris.* Quare vbicumque nos videbimus aliquem subito amississe sensum, & motum, & anhelitus; vel sit ablatus, vel omnino diminutus, & laesus, & proueniat ex obstruktione cerebri: possumus concludere illum esse apoplecticum. Cum dicimus, *subita amissio* differt ab alijs amissionibus temporaneis, quanquam si quis adeo infrigidetur, caput amittat sensum, & motum; quia hoc fit à mala temperatura, quæ non potest subito fieri. *Quod autem Apoplexia fiat subito pater ex tertio de locis affect. & etiam in secundo de causis symptomatum.*

Læso anhelitu. In hoc morbo non est necesse ut omnino tollatur anhelitus; bene aliquando hoc accidit; necesse tamen est, vt si omnino tollatur saltem sit difficultis, & diminutus, & aliquando cum sensu stertimus: & quando omnino est ablatus anhelitus cura est impossibilis; morbus iste est incurabilis, & vocatur fortissima Apoplexia. Vnde Hippocrates, fortem Apoplexiæ curare est impossibile, leuem autem difficile. *Propter obstruktionem;* per hoc differt iste morbus ab omnibus alijs, in quibus subito concidimus, quemadmodum in præfocatione matricis in mulieribus: & in syncopatione, sive defectu animi, in quibus subito perdimus sensum, & motum; quoniam in istis læsio est in corde, non autem in ventriculis cerebri.

Cum lesione virtutis. Dubitaret hoc lo-

Tom. X.

co aliquis, si omnes nerui priuati sunt sensu, & motu, quare non priuamur etiam anhelitus, & expirazione. Dicit Galenus esse quemadmodum dormientibus, propter maximam scilicet necessitatem; vbi videmus etiam cum difficultate trahi anhelitus. Et ideo sternimus propter difficultatem, scilicet respirandi. Ex his quæ diximus constat plures esse morbos, inter se similes, in quibus omnibus deperditur sensus, & motus, vel saltem longè minuitur; Epilepsia, Apoplexia, Lethargus, Sopor, vel (vt Græci dicunt catos) vel Arabes subec, congelatio, seu catocus, præfocatione matricis, & syncopis: & quoniam isti morbi sint similes; tamen inter eos magna est aliqua differentia. Nam in Epilepsia est convulsio, & cerebri, & totius corporis: in Apoplexia autem nulla est convulsio. A lethargo differt etiam quia lethargus est cum febre, Apoplexia merito morbi non est cum febre, potest quidem esse; at merito morbi non est necessarium. Et præfocatione matricis, & syncope differt, quoniam Apoplexia est cum obstruktione in cerebro. Sed dicaret quis, quomodo ego possum cognoscere an Apoplexia, an præfocatione matricis si sit mulier, sive syncopis, quoniam illa obstrukcio sitne in cerebro non appetat. Dico quod hoc cognoscitur ex pulsu in Apoplexia, quia cor non lœditur; pulsus manet vt prius erat, nulla aut certè modica mutatione facta: at in syncopis, & præfocatione matricis, quia tunc laesio est in corde pulsus omnino est ablatus, aut maximè diminutus. A sopore differt etiam, quoniam in sopore nulla est difficultas anhelitus: præterea Apoplexia terminatur in paralysim semper, si non ad materiam, sopor minimè. A congelatione differt eadem ratione, tum quia non est ibi difficultas anhelitus, tum quia non semper terminatur ad paralysim. Sed quomodo differunt inter se illa, sopor, & congelatio: Dico quod in sapore oculi stant clausi, nec possunt aperiri, in congelatione stant aperti, & non possunt claudi. Sed hic est dubitatio an in Apoplexia sit anhelitus deperditus, & an possit aliquis esse viuus absque respiratione. Hæc difficultas est maxima, & pendet ab alia difficultate, quam ponit Galenus *sexto de locis affect.* 3. Solummodo est hæc in summa. Duplex est respiratio: una quæ fit per anhelitum, in qua dilatantur omnes arteriæ per vniuersum corpus: alia est respiratio per cor dilatatum solum. Calor qui est in corde semper necesse est vt exhalet, & transpirat.

D D d spiret

spiret aliquo modo , quoniam aliter suffocaretur omnino , quemadmodum accidet in igne posito in ventosa quia statim extingueretur , vbi non posset amplius exhalare . Vnde si nos nihil penitus respireremus , absque dubio moreremur , quia calor extingueretur , nimium enim accenderetur ; potest tamen esse ut nihil penitus respiremus exterioris , & tamen cor ipsum respiret aliquo pacto , scilicet dilatando se , & constringendo , quae respiratio licet debilis sit , tamen potest tenere eum viuum aliquantulum .

Quod autem in Apoplexia tollatur omnino respirationis exterior , patet ex Galeno , & Hippoc. & tamen nondum est mortuus , quia si esset mortuus non diceretur Apoplecticus : nihilominus non omnino tollitur illa respirationis cordis , quam facit dilatando se , & constringendo ; & hoc evenit etiam in mulieribus suffocatis quae aliquando manent veluti mortuae sine pulsu , & respiratione per longum tempus . Vnde merito constitutum est in legibus antiquis , ut cadavera non sepelirentur nisi post 72. horas , quoniam potest aliquis reuiscere . Sed merito dubitaret quis . Vnde est quod mulieres praefocatae , quae omnino amittunt sensum , & motum , præterea etiam respirationem per longum tempus , possunt surgere per se , & evadereat Apoplectici , cum ad hoc semel deuenerunt , ut non respirent , non possunt amplius surgere , & omnino moriuntur .

Ratio haec est , quoniam in mulieribus praefocatis vapor frigidus venenosus est ille qui inficit cor , istud venenum frigidum infigidat totum corpus , adeo ut parva omnino exhalatione cordi opus sit , cor requirit exhalationem propter nimium calorem , quando in toto corpore est ingens frigiditas , certè minori exhalatione opus est : hac de causa , in ipsis mulieribus quæcumque levis respiratione videlicet , illa tantum cordis satis est ad vitam , adeo ut etiam sese possint excitare . At in Apoplexia fecus accidit , neque enim totum corpus est infigidatum . Ideo non possunt stare nisi paruo admodum tempore sine anhelitu , vnde postea etiam obeunt . Sed est dubitatio an Apoplectici qui semel non respirant possint curari ? Sententia est expressa Gal. & Hipp. quod fortis Apoplexia est impossibilis curatu . Tamen Hippoc. alibi 6. part. 50. videtur dicere quod curantur à febre . Item Auicenna 3. canonis . Dico ad primum quod Hippoc. non loquitur eo in loco de fortii Apoplexia . Quoad Auicennam , dico quod non loquitur de Apoplexia propriè , sed omni dispositione in qua auferunt sensus , & motus ; & hoc patet expressè legentibus , & considerantibus locum illum .

LECTIO XVII.

Dicebamus Apoplexiā esse subitam amissionem sensus , & motus præter anhelitum , qui fit ex obstruktione ventriculorum cerebri , propter humores crassos , & viscosos . Auicenna addebat , & in cursibus virtutibus sensitivæ , & vitalis . Est dubitatio contra id quod dicimus esse ex obstructione : quoniam videtur etiam posse peruenire amissionem sensus , & motus ex mala temperatura . Galenus 2. de loc. affec. vbi loquitur de frigiditate , quæ aliquando tantum potest intrudi in his qui iter faciunt per loca frigida , ut non solum tollat eis sensum , & motum ; sed aliquando etiam interficiat . Præterea Auicenna cap. proprio dicit quod fit à multis causis , ut pura quando cerebrum contrahitur , & à frigiditate extrinseca . Galenus tamen expresse dicit 3. de loc. affec. 7. quod non potest Apoplexia prouenire à mala temperatura , ratio est quia fit subito , repente , modò mala temperatura non potest fieri subito sed successiuè . Vnde ad rationes in oppositum dico , quod bene mala temperatura præsertim frigida potest tollere sensum , & motum , sed non subito , vnde neque talis morbus erit Apoplexia , quia debet esse subitus casus . Ad authoritatem Auicennæ , dico quod Auicenna non loquitur de Apoplexia propriè , quemadmodum loquitur Galenus , sed accipit Apoplexiā largè , propt̄ comprehendit alias amissiones sensus , & motus . Et hac de causa ipse non dixit subitam otiositatem , quoniam non loquitur de vera , & propria Apoplexia , de qua nos loquimur .

Sed quoniam superius citauimus locum Galeni 3. de loc. affec. 7. vbi negat Apoplexiā fieri à mala temperatura , & subdit : Apoplexiā non fit à mala temperatura ; quemadmodum phrenesia ; lethargus , mania , melancholia , obliuio , fatuitas , paralytic . Ideo est maxima dubitatio , quoniam isti morbi , quos annumerat sine dubio sunt aliquando ex sola temperatura ; & ipse in verbis videtur dicere quod sint ex materia quemadmodum Apoplexia . Respondendo dico , quod Galenus vult dicere hoc pacto ; Apoplexia est ab aliqua materia , quemadmodum alij morbi enumerati sunt à sola temperatura . Sed statim dubitarer aliquis , si phrenesia est cum febre putrida , ergo ibi est materia ; sic etiam de lethargo , est materia quæ putrescit in cerebro ; quare non est verum quod isti morbi proueniant à temperatura , quemadmodum tu dicas . Respondeo quod morbum esse à mala temperatura intelligitur duobus modis ; vel quod cum materia , vel sine materia . Si cum materia , materia est illa quæ producit malam temperaturam , non aliquam obstruktionem ; vnde vult dicere

dicere Galenus quod alij morbi fiunt à mala temperatura , non quod ibi non sit aliqua materia , sed illa materia , quæ ibi reperitur non facit obstrunctiones , sed solum causat malam temperaturam.

Morbus igitur de quo loquimur Apoplecticus est ex obstrukione : & alij non sunt ex obstrukione, licet sit in eis materia quæ facit malam temperaturam. Addebat Auicenna ad hanc definitionem , & *in cursibus* : vult dicere Auicenna, Et quando sit obstrucio , non solum in ventriculis cerebri, sed etiam in viis à cerebro ad cor, aut à corde ad cerebrum , id est in nervis, aut venis, aut arteriis. Aliquando enim replentur illæ venæ soporiferæ, carosides: ut puta ex nimia copia sanguinis : & tunc oportet mittere multum sanguinis. Et quod iste qui incurrit in huiusmodi repletionem venarum vocetur Apoplecticus, testis est Galenus 4. de ratione virtutis 24. Et de causis morborum , vbi enumerat causas morbi frigidi. Dico ad hoc quod sine dubio , quando ex repletione venarum homo cadit , vocatur morbus aliquando Apoplecticus , sed alia de causa ; scilicet quoniam venæ sunt nimis replete , calor non potest debite evacuari , quemadmodum aëris , & spiritus attractus ad refrigerationem caloris non potest transire : ideo calor omnino extinguitur, quemadmodum extinguitur flamma quando est posita in ventola , seu in cucurbitula. Cum igitur calor naturalis ex repletione nimia venarum extinguatur , merito viuens corpus infrigidatur , & præcipue cerebrum , quod sua natura frigidissimum est , infrigidato cerebro generantur ibi humores multi pituitosi , qui generant subito morbum Apoplecticum , aliquando generant Epilepticum, aliquando syncopim.

Quando igitur venæ nimium replentur , homo potest fieri Apoplecticus , sed non ratione venarum repletearum , sed ratione illa quam diximus , scilicet quando corpus infrigidatur , & maximè cerebrum , ad quod postea sequitur vel Epilepsia , vel Apoplexia , vel syncopis. Illud autem quod dicit Auicenna , scilicet quod sepletis illis viis homo cadat sine sensu , & motu , est falsissimum , & contra Galenum : imo Galenus 2. de degeneribus Hippocr. propter oppositum contra quosdam , qui illud idem assertebant , quod nunc dicit Auicenna , & dicit quod possunt viuere per diem etiam integrum , ligaris , aut etiam incisis venis illis , bene desperdet vox , & si incidentur terui illi , sed non sensus,nec motus.

Sed quoniam diximus in illis qui perdunt sensum ratione repletionis nimiae venarum esse mitrendus sanguis largissime. Hoc videtur contradicere illi regulæ quam superposuimus , quoniam virtus in talibus est non solum debilis , imo nulla est. Dico ad hoc quod propterea Hippocrat. 4. de ratione virtutis 17. dicebat quod est mitrendus , quando morbus magnus , virtus , & ætas consentiunt : non tamen dicebat op-

positum , scilicet quando non est virtus non mitrasiqua sciebat esse quosdam morbos , in quibus , licet nulla sit virtus , tamen est mitrendus sanguis : & merito quia si morbus est ratione copia sanguinis; ergo est omnino mitrendus. Sed ibi non est virtus ? quid tum : hoc accidit quia sanguis est nimius si minuatur , valde tardabit.

Dubitatur rursus quod aliquando eveniat non solum à pituita , & melancholia sed etiam à sanguine ex libello *de missione sanguinis summa prima cap. 2.* dico quod intelligitur auctoritas Galeni , quando fluit ad principium , id est ad epar , aut ad cor: primò enim in animali generatur epar , & cor, postea cerebrum. Sed dicere quis quomodo cognoscam illos qui cadunt sine sensu , & motu , ex repletione venarum , & veros Apoplecticos. Dico quod hoc cognoscetur ex colore in illis. Est color rubrus mortificatus , quemadmodum in illis qui sunt suffocati : in Apoplexia vera est calor albus , & pallidus. Rursus dicere quis , concedo quod Apoplexia proveniat ab humorc crasso , & frigido : sed nonne etiam est possibile quod sit à sanguine , nam sanguis potest replere cerebri ventriculos ; dico quod non est possibile quoniam si sanguis repleteb vitriculos faciet phlegmonem , vel faciet aliam ægritudinem , ad quam postea sequetur Apoplexia , sed non fiet subito , nam Apoplexia debet esse subita in sano.

LECTIO XVIII.

Posita definitione Apoplexiæ , sunt ponendæ divisiones eius. Aliqui sunt qui dividunt eam in materialem , & non materialem : nos dicimus quod haec divisione non est bona , quoniam omnis Apoplexia est cum materia : imo non solum cum materia , sed cum materia crassa , & frigida , hoc est pituitosa , vel melanochlica. Aliqui dividunt præterea ; Apoplexia materialis , aut est cum Apostemate , aut sine Apostemate; nos dicimus quod haec etiam divisione falsa est , quoniam Apoplexia non est cum Apostemate : si enim esset Apostema prius fieret phrenes , vel aliiquid consimile , ad quod postea possibile esset sequi Apoplexiæ. Alij rursus dividunt Apoplexiæ ; aut est cum febre , aut sine febre : nos dicimus quod de ratione Apoplexiæ minimæ. Alij rursus dividunt : Apoplexia alia est ex obstrukione ventricularum cerebri : alia ex obstrukione venarum carosidarum 4. de ratione virtutis 24. Dicimus quod illa Apoplexia quæ sit ex nimia repletione , non dicitur proprie hoc Apoplexiæ , sed solum similis vera Apoplexiæ; vel dicimus quomodo dicebamus heri , quod erat hoc modo Apoplexiæ vera , quoniam sequebatur , ut puta ex nimia repletione venar-

rum calor extinguatur, ex hoc corpus, & maximè cerebrum infrigidatur: ad infrigidationem cerebri sequitur generatio pituita, adhuc obstructio in cerebro. Sed fortasse melius esset dicere quod est tamen similis Apoplexiæ, quemadmodum dicebat Hippocrates 7. parr. con. 59. de illis qui cadunt ex alto, & repente sunt muti; in istis quoniam cerebrum concutitur rethraunt se virtutes omnes, & non transmittunt virtutes ad vniuersum corpus. Alia est diuisio Apoplexiæ vere, & bona, vt scilicet una sit fortis, alia debilis.

Vt autem possimus dignoscere inter Apoplexiæ fortem, & debilem, videndum est Galenus in eo Aphor. *foricm Apoplexiæ soluere est impossibile, debilem autem non facile:* vbi dicit Galenus si sit omnino sine anhelitu, tunc dicitur fortissima; si autem anhelitus sit violentus, & cum magno conatu dicitur valde fortis: si anhelitus sit intermittens, & inæqualis, vt non seruet ordinem; modo intermittat quatuor, modo quinque, tunc dicitur fortis, si sit inæqualis, & tamen seruet ordinem, tunc dicitur leuis. Fortem igitur quando scilicet non est violentus, sed inæqualis; & sine ordine impossibile est curare, multo minus fortissimam, & valde fortem; debilis autem, si sunt quæ facienda sunt, potest curari. Dubitatur an si Apoplexiæ sit debilis necessè sit vt antequam tollatur, prius transeat in paralysim: quod sic, Rasis expressè. In oppositum Galen. 4. *de locis affect. 2.* vbi dicit creberint. Et ratio hæc est quoniam si morbus est debilis, quare non potest materiam expurgare natura per nares, aut palatum: abhique eo quod transmittat eam ad nervos. Dicimus ad hoc quod potest esse, vt omnino expurgetur per nares, aut per palatum: tamen vt plurimum transmittitur ad nervos, quoniam facilius est deferre aliud materiam, quam omnino expellere. Dubitatur quoque an Appoplexiæ possit esse cum spasmo: dico quod si esset cum spasmo naturali, & cum contractione cerebri esset Epilepsia: bene potest esse vt prius fuerit aliquis spasmus particularis, & superuenient Apoplexiæ: de hoc attramen non loquimur: & hæc satis nobis sint quoad definitionem, diuisiōnem, & lentiam Apoplexiæ.

Cognita essentia Apoplexiæ per definitionem, & diuisiōnem, nunc accedendum est ad causas. Ideo videndum est Galenus *in lib. de causis morborum*, vbi agit de causis morbi frigidi. Et inquit tres sunt modi, quibus calor noster potest debilitari, & per consequens reddere corpus nostrum frigidum: primò potest ignis extingui ex aëre frigidissimo, vel exterioribus frigidis admotis: sic etiam in aëre frigidissimo homines constituti possunt ad frigidam dispositionem deuenire. Secundus modus est de ijs qui possunt facere flammam, vel ex multititudine lignorum nimia suffocatur ignis, & ex multititudine ciborum extin-

guitur calor innatus; vel ex defectu lignorum, & ex defectu alimenti: vel ex se non disposita, positis lignis viridibus, vel aqua extinguetur: ita si commandamus res frigidas, vt papauera, reddemur frigi- di. Tertius modus est ex constrictione, & dilatatione: ignis inclusus in cucurbita extinguetur; sic etiam venis nimium repletis calor extinguitur, quia non potest exhalare: ita etiam cum nimis exhalatur, vt appropinquato maiore igne minor corrumperit. Ergo ex nimio etiam alimento, ex nimio potu vini potest fieri Apoplexiæ, & alij morbi frigidi.

Causæ quæ possunt disponere enumerare sunt superiùs, quando agebamus de Ep ilepha: sunt enim eadem omnino. Inter causas disponentes Galenus *cap. de Somno, & vigilia* ponit hanc, supinè dormire.. Causa potest esse hæc, nam humiditates quæ multæ sunt in cerebro cum supinè dormimus, non possunt expurgari, neque per palatum, neque per nares: ideo repente possunt inclinare ad hunc morbum. Hoc expressè negat Galenus *in libello de instrumento odoratu*: vbi reprehendit hanc opinionem, dicens quod unumquodque membrum, vt habet virtutem attractiūam, ita etiam habet expulsiūam. Præterea cerebrum dilatatur, & instringitur, quemadmodum cor, licet non tam validè in illa dilatatione potest expellere humiditates quæ sunt in eo: qua de re dicimus quod supinè dormire, non prohibet quin omnino excernantur humiditates, impedit tamen aliquid; & certè si dormitemus in latus melius expurgarentur humiditates, quoniam ultra virtutem expulsiūam, & dilatationis motum etiam suo pondere, & sua gravitate facilius descenderent, quod etiam non negaret Avicenna. Rursus dubitaret quis; tu dixisti quod causa proximæ pœnitæ, & melancholia: hoc videtur falso, quia Galenus in eo commento dicit esse Apoplexiæ phlegmaticam, exponunt omnes sanguineam. Respondeo quod aliud est dicere hunc morbum esse à pituita, & aliud pituitosum, quando enim dico est à pituita, vel à bile; intelligo in morbo esse solam pituitam, vel solam bilem, vbi autem dico esse pituitosum, vel biliosum, intelligo esse ab alio humore, in quo tamen sit pars pituitæ, vel bilis: Cum igitur dicit Galenus esse Apoplexiæ sanguineam, intelligit quod in ea dominabitur pituita, in qua tamen est aliqua portio sanguinis. Nunc de signis restat agere. Signa quæ demonstrant, id est pathognomica, sunt certissima: subito cadit, sine sensu est, & sine motu, neque conuulsio, neque alio præter anhelitum si omnino non tollitur, ergo est Apoplexiæ præsertim si sit obstructio ventriculorum cerebri, si esset ex repletione venarum vel arteriarum vocaretur similis Apoplexiæ, & si sit sine causa extrinseca propter illos qui cadunt ex alto. Signa salutis, aut mortis sumuntur

omnia

omnia facillimè ex anhelitu , vt declaravimus. Signa autem quæ præcedunt sunt plura : Paulus ponit dolorem capitis , etiam Hippoc. 4. de ratione vñctu 6. part. 55. Causa autem est , ascendunt vapores , & etiam partes de ipsa materia , & lœdunt , sed nondum obstruunt omnino : præterea inflatio venarum , apparent enim venæ capitis inflatae , & turgidae. Item præcedit vertigo scotomia. Item frigiditas totius corporis , tumores : aliquando etiam præcedit Epilepsia , & postea sequitur Apoplexia , stridor dentium ex vaporibus inclusis in maxillis , & stimulantes eas. Præterea dixit Paulus vrina viridis , & subnigra in parua quantitate , & hypostasis assimilatur crassiori parti farinæ.

Hic est difficultas , quoniam nulla videtur ratio quare hypostasis debeat esse similis crassiori panis farinæ 2. Prognosticorum 2. 8. hoc enim procedit à nimio calore adurente , & excoriante membra solidâ , quemadmodum declarat Galenus : ideo dico quod mendum est in litera. Paul. dicit enim κριμαδις per , sed debet legi per , quemadmodum est in manu scripto quem habeo penes me : & significabit idem quod diuisa , & dimpta , & diuisa , non compacta , non coniuncta , & procedit merito nimia frigiditas. Color enim est ille qui coniungit simul res ipsas. Hæc autem signa omnia non sunt nec propria , nec inseparabilia : tamen aliquando eveniunt. Signa concoctionis iam dictæ sunt in Epilepsia , scilicet spiritus aquosus denotat cruditatem ; crassior denotat concoctionem : signa autem critica sunt terminatio ad paralysim , videlicet aliquando excretio humiditatis per nares , & per palatum.

His præmissis accedendum modo est ad curationem , vbi prius mittendus est sanguis : Galenus exprefse 13. meth. nisi prohibeant conditiones dictæ. Sed est dubium de qua vena. Qui dicunt posse provenire aliquando à sanguine , mittunt ex duabus cephalicis , & merito : quoniam missio sanguinis deber fieri secundum reætitudinem ; sed ipsi nesciunt in qua parte capitis , dextra-ne , an sinistra. Ideo ne errant , mitunt ex utraque ; tam dextra quam sinistra. Nos autem qui dicimus fieri tum ex humore phlegmatico , & melancholico , vel saltem ex obstructione in venis , eo quod totum corpus redditur frigidum extinctione caloris : ideo quemadmodum dicit Hippocr. faciemus missiōnem ex vena cubiti , id est ex basiliæ quæ est interna cubiti. Ratio est quia plus , & citius euacuat à membris principalibus , corde scilicet , & hepate : & ex brachiotum dextro. Sed conuenitne prius aliquis clyster : certe si loquimur de fortior non conuenit , quia clyster fortis est instar medicina , sed leuis communis posset fortasse admirari : sed de hoc in sequentibus disputationibus.

Tom. X.

LECTIO XIX.

Post sanguinis missionem ponunt Doctores secundum remedium , perfundere caput ox irodino ; id est vñctione ex oleo rosaceo , & aceto commixta. Rasis in cura huius morbi , & Galenus 13. meth. vbi loquitur de phrenitide : ratio hæc est , quæcumque materia repit ad caput est omnino expellenda ; & caput interea confortandum , ne amplius talem materiam recipiat : tamen in oppositum videtur esse ratio manifestissima , oxirodinum compositum est cum rebus frigidis rosaceo , & aceto : & morbus est sua natura frigidus , ergo augeremus morbum , quia adderemus frigiditatem rei frigidæ. Dicimus ad hoc omnino esse applicandum oxirodimum ; & quod in hoc casu conuenit , & ratio est quam diximus , scilicet quia materia est repellenda , quod luculenter potest oxirodinum præstare , repellit enim materiam mirum in modum. Quando autem tu dicas : oh est frigidum , ergo nocebit ; nego quoniam sit oxirodinum ex modico admodum aceto , & multum olei quod perse est temperatum : Galenus autem 3. de simpl. med. dicit vniuersaliter quod medicinæ omnes temperatae calefaciunt frigida , & frigefaciunt calida : patet exemplum de aqua tepida , quæ manum frigidam potest caleficere , calidam autem frigefacere. Oleum est , vt dicit Galenus temperatum in omnibus qualitatibus , calido , frigido , humido , & sicco : vnde cum paucum recipiat aceti ; totum etiam oxirodinum erit quasi temperatum , id est in medio primi gradus frigiditatis. Ergo respectu rei valde frigidæ poterit eam caleficere , quia verissima est regula Galeni , quod ea quæ sunt temperatae , vel pavum recedunt à temperamento , possunt calida frigefacere , & frigida caleficere. Acetum ponitur in parua quantitate , nullam aliam ob causam , nisi ad dandam penetracionem , neque tamē acetum excedit in frigiditate secundum gradum , ideo habet etiam partes calidas in se. Sed diceret quis , Galenus 2. de simpl. med. cap. viii. dicit rosaceum lœderit frigefacta ; ergo pugnat sibimet ipsi. Soluitur hæc apprensens contradiçcio , quoniam in 3. lib. cap. 10. vbi dabat illam regulam , dicit temperata calefacere valde infrigidata : in secundo autem dicit lœdere non valde infrigidata , sed infrigidata ramen : Et hæc non pugnant simul. Et certè oleum rosaceum officieret rei leuiter frigefactæ : sed certè frigefaceret valde infrigidata : at morbus Apoplecticus est valde frigidus. Sunt qui , dem quibus non placet iste vsus oxirodini , & addueant istam rationem. Materia ista est iam fluxa : præterea est admodum crassa quæ non potest expelli nisi maxima cum difficultate , ideo vñ-

D D d 3. Editiones

tiones ex oxirodino nihil proderunt.

Dico ad hoc quod in principio morbi licet materia iam sit contenta in ventriculis: tamen quia est periculum ne aliae etiam materia rursus eo aggregentur. Ideo hac de causa renuit. Et propterea conuenit ut caput confortetur, nam stante capite debilitato, periculum est ne aliae materiae fluant, & ideo caput repleatur longe magis. Tamen si timemus nimiam infrigidationem, possumus commiscere camomillimum, vel antennum oleum calidius. Possumus ergo uti oxirodino, tum quia confortat, tum quia non infrigidat; imo potius ut vult Galenus calefacit, & si placet etiam admiscere aliquid camomillini. Fit autem oxirodinum multis modis, vel ex oliuis maturis, quod erit omnino temperatum, vel ex oliuis immaturis, id est ex oleo omphacino: quod potius infrigidat, & est admodum stipticum: Quando intendimus plus infrigidare, & astringere, componimus cum omphacino ex oliuis immaturis, quod in nostro casu non conuenit; quare debemus adhibere oleum confectum ex oliuis maturis. Aliqui addunt aquam rosaceam: in hoc nostro casu parum conuenit, quia est frigidior, nam dum destillatur partes calidae exhalant. Notum tamen est quod oleum roseum debet esse vius anni, non in veteratum, quia deperderet omnem stipticatem, & fieret calidius. Sed quanta debet esse portio? variatur secundum diversos vius: communis tamen est sumere quartam, vel quintam partem aceti residuum olei. si intentio sit plus infrigidare, addas plus aceti.

Post missione sanguinis, & ad motionem oxirodini, Doctores omnes faciunt clysteres acutos: sed est magna dubitatio an conueniant, omnes concordant quod sic, quoniam euacuant ab intestinis a venis mesentricis, & a concaufo iecinoris, & præterea diuerunt a capite; sed contra hoc adducuntur multæ rationes. Primum est regula vniuersalis in medicina: *Vnde cumque natura repit, &c. in Apoplexia materia recipit sursum, ergo facienda sunt euacuationes, & non per deorsum, ideo potius per vomitum quam per clysterem.* 2. *Hipp.*
4. *de ratione virtutis vbi loquitur de cura Apoplexia, per sanguinis exuperantium, dicit purgandos esse per superius, expavit Galenus 1. per vomitum, ideo das eleborum, scilicet album, quia quando dicitur helleborus absolute intelligitur albus: quando volumus intelligere nigrum, addimus nigrum: terciò omnis morbus magnus indicat statim de missione sanguinis, & de pharmacia: ergo prius est dandum pharmacum, quam clysteres acuti ponendi: quartò clysteres non euacuant a capite: Galenus 2. *de compositione medic. secundum locos:* neque enim transeunt etiam quamvis acuti concauam partem iecinoris euacuando: quinto pharmacia si debent facere operationem, debent actuari a ca-*

lore nostro naturali; in intestinis nulla est virtus quæ actuet, ergo non conuenit acutis: ultimo notissimum est quod clysteres acuti laedunt maximè.

Ad hanc dubitationem dico quod omnes vna conueniunt quod sunt faciendi clysteres acuti: ratio est ut diximus quia euacuant ab intestinis, à mesenteriis, & à concaua parte iecinoris; & præterea, etsi non euacuant a capite, diuerunt tamen materiam ab eo loco, & alio deducunt. Ideo ad primam rationem dico, quod si posset fieri, ut per vomitum euacuaremus, conueniret; sed hoc non est facile in talibus, ideo non possunt obesse clysteres: nec vallet illa regula vniuersalis *quocumque natura repit:* quoniam hoc intelligitur de euacuatione, & nos damus clysteres ut diuerterns a capite, ut non euacuemus. Est differentia inter euacuationem, & diuersionem; euacuatio fit per locum propinquum, diuersio fit per locum remotissimum, ideo cum sit nostra intentio diuertere a capite, conuenit euacuare per inferius, ut diuerteramus per locum remotum, & longinquum a capite: diuulsio enim fit per partem oppositam. Ad secundam de Hippoc. qui exhibet helleborum, dico quod si nos possumus deberemus hoc facere: sed nobis non licet, & si liceret non inconuenit, imo stant simul hæc duo euacuare per superius, & diuertere per inferius. Ad tertiam, de morbo magno fator: sed ægri non possunt sumere pharmaca, quia lapenumero non possunt deglutire, cum ita sint sine sensu, & motu: præterea etiam non inconueniret ambo hæc facere, vnuam ad euacuandum, aliud ad diuertendum! Ad quartam quod non attingant concedo, & nihil est contra nos: quoniam non intendimus euacuare a capite, sed tantum diuertere. Ad quintam de actuarione: dico hoc esse faltissimum, & quod in intestinis est eadem virtus concoquendi quæ sit in ventriculo, licet aliquanto debilior; nomine in intestinis concoquitur de chylo? certè. Ad ultimam quod laedant: fator quod nihil est tam in uitium quod aliqua ex parte non oblit: & tamen licet hoc aliquid noceat, plus potest prodere.

Post clysteres sunt adhibenda medicinae calefientes capiti: ideo dubium est an sint istæ medicinæ decoquendas in aqua, an potius in oleo. Auenzoar dicit caendum esse ab aqua in omni medicina, quæ capiti applicetur: timens fortasse ne aqua postea quam partes calidae sint euaporatae, redat ad pristinam frigiditatem. Ideo Paulus dicit decoquendas esse medicinas cum oleo. Idem facit Galenus 1. *de comp. med. secundum locos.* Auncenna autem multis medicinas decoquit cum aqua, & apponit capiti. Certè oleum recipit virtutes medicinarum, ut aqua, & longè melius eas conseruat: quoniam enim aqua est liquida, ideo euaporant virtutes; & præterea oleum est in se temperatum, ideo licet

cet reducatur oleum ad suum temperatum non potest lardere. Qua de re dico quod tutius est decoquere medicinas in oleo quam in aqua.

Restat modo alia dubitatio, an scilicet medicina solutiua sit exhibenda in hoc morbo; omnes dicunt quod sic; imo Hippocrat. dat helleborum album secundum quod dicit Galenus: sed an liceat dare ante concoctionem est dubitatio maxima. Et tota haec difficultas dependet ex bono vel malo intuitu illius 22. Aphor. prime particular. Qua quidem in re primo adducam expositionem veram quam nos probamus: secundum expositionem aliorum falsam: tertium adducemus rationem in oppositum, & diluemus. Quoad primum dico quod conclusio nostra haec est secundum dictum Hippoc. in eo loco, quod materia non concocta nullo pacto est danda pharmacia solutiua.

Ideo sciendum est quod duplex est decoctio, aliquando calor noster decoquit nutrimentum ut corpus nutritur; & haec dicitur decoctio in iuuatiuo; aliquando agit calor noster vniuersalis in humores crudos, & malos: & hoc dupliciter contingit, vel reducendo eos ad benignum, vel si sunt omnino rebelles, & corrupti, præparando eos ad expulsionem: & haec dicuntur coctiones in nocitiuo. Et quoniam duobus modis fit ista concoctio in nocitiuo; ideo dicimus quod concoctum hoc est duplex, quemadmodum non constum studum, scilicet, & frigidum, vel nondum paratum ad expulsionem: Hippoc. in hoc Aph. intelligit de vtroque modo huius coctionis: ideo dicit concocta, scilicet vtroque modo tum quod non sint crassi, neque frigidi humores, sed reducti ad benignum, tam etiam præparati ad expulsionem; medicari, id est exhibere pharmacum soluens: hoc enim valet apud Graecos φαρμακεύειν id est purgare, & cum solutiua pharmaco extrahere, atque mouere: quo cumque alio modo, neque exercitio, neque balneo, neque frictionibus: non cruda, id est neque crassa, neque frigida: neque in principiis: etiam quod essent biliosi tum in principio non sunt mouendi; quoniam nondum sunt parati ad expulsionem: nisi sit materia factiosa: in hoc casu concedit in principio, id est, quando materia est in motu, & modo hic, modo mouetur illuc. Quate concludimus non esse soluendum pharmaco soluente nisi concocta materia, neque eriam balneo, neque exercitio, præterquam in casu dicto, quod scilicet materia sit mobilis, & furiosa: ideo secundum hoc expresse deciditur quæstio haec secundum Hipp. quando conuenit exhibere pharmacum, nisi materia iam concocta.

Alij sunt in oppositum, quemadmodum Conciliator, & Iacobus qui dicunt duplitem esse evacuationem cum pharmaco eradicantem, & minoratiuam: Hippoc. intelligit de eradicante in toto: ideo so-

lutiuia minoratiua possunt dari, etiam quod materia non sit concocta. Hæc expositio est falsissima, quoniam si per mouere inteligit eradicatiuē, frustra bis repeteret idem Hippocrates in doctrina Aphoristica: si intelligit alio modo, vt cum exercitio, vel pharmaco minoratiuo; habemus id quod voluerimus. Aliqui alij intelligunt per mouere, id est, amouere, id est ducere extra corpus: & citant traductionem Calui inter omnes pessimā, & non intelligunt vim illius verbi κυρεῖν. Præterea hoc vocabulum φαρμακεύειν significat quocumque modo purgare, non autem eradicatiuē: quando Hippocrat. vult intelligere leuiter, apponit leuiter; quando mediocriter, apponit mediocriter; & quando intense, apponit intense. Primo Aphorif. 4. part. vtitur hoc eodem termino, de prægnantibns vbi certe non potest intelligere nisi de minoratiuis. Item 4. de ratione vi-
tus 35.

LECTIO XX.

Declarauimus sententiam Aph. illius concocta medicari: postea adduximus expositionem illorum, qui exponebant solum de eradicatiuē, atque integra dientes, quod de minoratiua loquebatur in 29. secunda partic. Quid iste Aph. non possit exponi de eradicante, vel de integra, atque absoluta purgatione, heri adduximus rationes quasdam: nunc rursus aliæ adducendæ sunt. Primo si exponetur hoc modo esset falsum, quia materia etiam concocta non debet semper eradicatiuē educi, quoniam Galenus primo de febre ad Glaucenam in quartanam post concoctionem non semel educit cum uno pharmaco, sed pluribus vicibus: ergo licet materia sit concocta in statu, tamen una vice non debet educi, sed pluribus. Idem præcipit Galenus 6. part. Aph. com 27, loquens de suppurationis, dicit quod sanies etiam optimè concocta non debet uno haustu educi, quoniam adduceremus ægrum ad syncopim, sed pluribus vicibus. Secundum indicatio de quantitate non sumitur à concoctione materiæ, sed à virtute quomodo potest tolerare; bene sumitur indicatio à coctione materiæ, quod debet educi, & quod facilius erit educenda, sed quantitas, quæ educi debet sumitur solum à virtute. Tertio falsa esset ultima pars, quod materia existente furiosa, & turgida, debeat tota & vniuersa educi: hoc omnino est impossibile; ratio est, quoniam in principio, si vellemus totam educere, prius interficeremus ægrum.

In pleuride dolore descendente datur pharmacum, non quidem eradicatiuum, sed minoratiuum, & tamen illa materia est furiosa, quemadmodum nos in sequenti lectione declarabimus: & ratio est quia prius materia debet concoqui. Quartū non

est mos Galeni neque Hippocratis præcipere vñquam de euacuatione integra: hoc enim debet fieri secundum toleratiā virtutis. Quind modica data in completa dosi, non euacuat semper in totum, neque omnino eradicat: ergo si vellemus omnino eradicare, oportet dare vltra dosim propriam, quod manifestè esset lädere. Dicunt quidam, vis videre quod ipse intelligit de eradicatiā, videoas quod in Aph. 29, secund. part. dicit, si quid id est parum: at in hoc Aph. non dicit aliquid, neque parum. Dico ad hanc rationem, nullam esse, quoniam sic loquitur Hippocr. 3. de Ratione vietūs, de aqua mellis prima part. Aph. 17. & intelligit si quid id est sive parum sive multum, & hoc certè nihil ad nos. Ideo dico intelligit de vnaquaque euacuatione, non solum de eradicatiā, sed alijs quoquot illa sint.

Alij dant alium intellectum, quod scilicet iste Aphorismus sit intelligendus, quando medicus certus est quod materia potest concoqui à natura, & à virtute naturali superante materiam, tunc enim quando sumus certi, quod natura potest superare materiam, dimittendus est natura, & virtuti: si autem videmus quod non potest materia concoqui à natura, euacuanda est quanto possumus citius: falsa est hæc sententia si non rectè accipiat, si rectè, non omnino discrepat à vera sententia Galen. quoniam ipse 24. Aph. in acusis, raro in principijs; ergo magna ex parte non est euacuanda materia ante concoctionem. Alij adhuc peius dicunt; quod indicatione sumpta à concoctione, & furoritate, debemus solum ineuacuare quando materia est concocta, nisi sit furoiosa, quoniam facilius educitur quando est concocta, quam cruda; sed indicatione sumpta à quantitate, vel venenositate statim debemus euacuare in principio: materia enim multa, & materia venenosa indicat de non expectando.

Iste etiam intellectus est falsus: quando valde esset imminutus Hippoc. & Medicus valde esset dubius, quid sibi esset faciendum: neque enim se sit quænam harum intentionum debeat præcedere: neque enim dat signa, quibus possimus præponere vnam intentionem alteri. Alij dicunt quod verus erat iste Aphorismus tempore Hippoc. at tempore nostro non debet obseruari: ille enim non habebat nisi medicinas fortes, & violentas: ideo in pleuride utitur helleboro: Nos autem habemus multas medicinas leues, cassiam, mannam, rhabarbarum, agaricum, polypodium, electuarios cum scammonio bene coracto, quibus medicinis Hippoc. non poterat vti; quoniam non habebat.

Falsa est etiam hæc sententia, quoniam & Galenus confirmat hunc Aphorismum: & tamen suo tempore erant multæ huiusmodi leues medicinæ: imo etiam tempore Hippocratis aderant agaricus, mercureum scammonium cum cotonio, primo de-

alimentis cap. 3. cortices hellebori nigri, quæ erat medicina leuis instar rhabarbari. Præterea etiam possunt dare medicinas fortes in minori quantitate, nam minus, & leuius euacuant. Item alioem 8. de medicamentis secundum locos. Sed nonne Galenus prohibet ante concoctionem quemcumque motum, balnea, exercitia, & huiusmodi? Et ratio quare non conueniat pharmacus, & quiuis motus alias, est quia motus impedit concoctionem, quemadmodum quies mirificè adiuuat ad concoctionem.

Non tamen negamus lenitua in principio cassiam, & mannam, & ea quæ educunt solum à stomacho, & ventrem leniunt, negamus purgativa, & solutiua, id est ea quæ educunt etiam ad intra venas: præterea etiam non negantur clysteres leues, quoniam isti non commouent materias quæ sunt intra venas, solum euacuant à stomacho. Sed dicit aliquis ego dabo amplius cassia, & amplius manna, & sic soluam etiam à vénis, quoniam cassia non denegatur in principio. Dico quod hoc nullo pacto est faciendum, quoniam idem est, hoc nulla est ratio, quare non obesse ista etiam commotio in venis. Præterea huiusmodi medicinæ licet sint lenitiae, tamen habent dosim propriam quam si transcederemus, noceremus multum: credo enim quod si daremus ultra duas vncias faceremus dolores, tortiones, syncopam. Sed dicer quis; apud nos sunt ista medicina inueterata, & antiqua; ideo non inconvenient dare vltra gradum proprium. Dico ad hoc quod huiusmodi medicinæ non nocent ultra dosim, quia educant, sed alia ratione: ideo plus nocent mala, & inueterata, quam recens, & bona. Quidam moderni nituntur destruere hunc Aphorismum: & dicunt quod possumus vti in principio purgantibus, & soluentibus: & primò accipiunt fundamentum diictum, scilicet quod antiqui non habebant medicinas, nisi fortes, istas autem leuiter lenientes non habebant, quod est falsum vt diximus. Secundò accipiunt quod aliquando sit purgandum ante concoctionem, ex illo Aphorismo: quando morbus incipit, si quid videatur mouendum, moue. Vnde inicitur quod si eo tempore aliquando in principio soluebant, nos in hoc tempore semper, quoniam homines huius ætatis sunt longè voraciores, replent enim se maximè cibo, & potu. Hæc ratio facit contra eum: nam quia replent se humoribus nunc maxime: ideo multæ sunt factæ obstructiones, & viæ non sunt aperiæ, vnde non est possibile quod aliquid euacuetur. Qua propter ego credo homines esse incontinentes, & continentes, & nunc, & in illis temporibus, eodem modo non credo esse in hoc diversitatē.

Præterea si ista materia quam tu dicis velle minorare est in stomacho, educitur per exhibitionem cassia, & lenientium ventrem: si est in primis venis quemadmodum

modum sunt minutissimæ, & homines sunt per se incontinentes, & repleti, erunt obturatae, & nihil poterit educi: si non sit materia extra iecur, poteris minuere cum missione sanguinis. Postea instat quod Galenus aliquando virtutem in principio, licet materia non sit furiosa, & dat exemplum de pleurite dolore descendente. Ad hoc dico quod certè in multis casibus potest dari solutum ante concoctionem, neque hoc repugnat sententia illius Aphorismi, quoniam nondum est concocta: ideo licet materia qua facit morbum in aliqua parte non sit concocta; tamen nihil prohibet materiam reliquam in toto corpore esse concoctam, & bonam, ut stante phlegmate aliquo in capite, aut in oculo, aut in angina, in gutture, materia quidem qua est in loco laeso, & facit morbum, nullo modo debet educi, quoniam est cruda; sed materia reliqui corporis sani debet educi, ut totum corpus purgemos. Quoniam enim debemus purgare aliquam partem: primò totum corpus est euacuandum, ne materia reput ad locum laesum: Galenus *quarto de ratione virtutis 31.* item *13. meth. in ophthalmia*, dat primo die pharmacum, quia vult purgare materiam totius corporis, qua non est cruda. Vrinx habet signa bona digestionis, & non est febris, & volentes mederi locum laesum, prius debemus vniuersum corpus euacuare. *Tertio artis parvae*, est regula quod oportet mederi partem, prius totum corpus est purgandum, non solum missione sanguinis, sed etiam pharmaco.

Nihil igitur facit contra nos quod in pleurite, dolore descendente, in principio detur pharmacum propter hanc rationem: quanquam illa materia potest dici furiosa, & turgens: sed tam vera ratio est quia non euacuat materiam, qua facit morbum. Dat exemplum in *primo de comp. med. secundum locos de Alopecia*: virtutem in principio cocchis ante concoctionem dico, ut dixi quod non euacuat materiam qua facit morbum, sed corpus reliquum sanum. Item dat exemplum in vulnere: dico eodem pacto, quod corpus ante acceptum vulnus erat sanum: ideo materia erat concocta. Ulterius Manardus contra Galenum vult probare, quod etiam in continuis materia qua facit morbum in venis, est in principio euacuanda. Nam quare statim debet furiosa euacuari: quia in principio virtus est fortior, in statu est debilior. Secundò ne illa materia adageat febrem. Tertiò ne forre decurrat, & fatigetur in aliquo membro principaliter. His eisdem rationibus debet purgari materia multa, nam debilitat virtutem auget morbum, &c. Dico quod licet sit multa; tamen si est in stomacho per lenientia: si est in venis per missionem sanguinis, satis est eam euacuare, sed si est materia multa, sed non sanguinea, imo potius phlegmatica: dico quod non potes in principio cum pharmaco quando est cruda, & crassa. Ideo facies no-

cumentum dando pharmacum, & non facies iuuamentum, quia nihil educes.

LECTIO XXI.

Diximus in principio morbi, materia inconcocta non esse euacuandam nisi materia sit furiosa, & nisi aliam materiam intendamus educere quam eam qua facit morbum. Auerroes *7. coll.* instat contra hanc sententiam dicendo, quod in acutis conuenit ante concoctionem euacuatio. Et inquit quod ratio nulla est, quare debeamus mittere sanguinem, & non dare pharmacum, quia pharmacum prohibet, quia educit de bono sicut de malo: hoc idem facit sanguis. Secundo prohibetur pharmacum, quia commouet humores intra venas: hoc idem, inquit, facit missio sanguinis. Tertio prohibetur quia calefacit: dicit quod possint addi infrigidantia, & addere totam medicinam potius frigidam quam calidam. Et si tu instes, dicit Averroes quod sit obstruere: respondeo (inquit) ego loquor tantum de humoribus subtilibus. Dico ego ad hæc, magnam omnino esse differentiam inter missione sanguinis, & pharmaci: unde merito potest mitti sanguis, & non potest dari pharmacum. Primo omnes medicinæ soluentes habent aliquam venenositatem, & omnino quicquid soluit, necessario vim infert naturæ. Præterea quidquid soluit, habet aliquam caliditatem, quia nulla alia ratione soluunt nisi quia attrahunt calorem: si infrigidamus, iam reddemus virtutem soluendi debiliorem, quoniam medicinæ attrahunt merito caliditatis: & si dabimus in maiori quantitate, magis laudemus infirmos. Tertio in pharmaco instant multa periculosa, est enim possibile quod licet materia sit biliosa, quod ramen sint obstructiones in corpore, & maximè in venis paruis: ideo calefacies, agibabis, & nihil educes, & ita nocebis absque iuuamento. Unde *secondo de ratione virtutis 11. In acutis raro pharmaco viendum est*. Præterea oportet agnoscere naturam infirmi; aliqui soluuntur leui quamque medicina: aliqui non soluuntur etiam validissima: ideo in hoc medicus possit multum nocere. Si enim daret, & non educeret, multum laederet: item laederet si nimis educeret. Quartò motus per sanguinis missionem est consuetus naturæ, quotidie sanguis fluit per venas, & ille concursus non impedit concoctionem: tamen motus factus cum pharmaco multum impedit concoctionem: nam concoctione indigeret quiete, & non motu, atque agitatione. *4. de ratione virtutis 45.* Cum itaque multa pericula contingent in pharmaco; nullum autem in missione sanguinis: ideo possumus statim mittere sanguinem, pharmacum verò minimè exhibere.

Ad loca Galeni in oppositum, in quibus non purgare licet ante concoctionem, heri

satis responsum est : nunc alia sunt adducenda , & soluenda 14. meth. de priopismo , & de inflatione in lingua. Primo oportet purgare, deinde membro adhibere medicamenta frigida : ecce quod primo purgat. Dico quod non purgat materiam facientem morbum , sed purgat totum corpus sanum adhuc. Et hæc responsio data fuit etiam heri ; & hac de causa limitauimus Aphorismum illum de materia faciente morbum. Præterea Galenus primo meth. de vlcere in pulmone ex catharo, vtitur primò pilulis cochis , euacuando materiam in capite : & tamen illa est materia quæ facit morbum. Ideo iterum limitandus est Aphorismus quando intendimus curare, sed non quando intendimus prolongare. In Apostemacibus id est in tumoribus præter materiam statim agendum est cum percussu, si volumus curare , tamen in parte volumus curare, sed volumus ut crescat , & materia trahatur extra. Sed dico in proposito quod nolebat Galenus in hoc casu curare catharum , ino volebat eum prolongare , modo diuerteret materiam à pulmonibus , nè incurreret tabem , & in accidens non sœnum , & eligit malum , vt euiter maius malum ; scio quod noceo; tamen magis volo nocere hac via, quæ plus nocere alia via.

Exposito Aphorismo , & secundum sententiam nostram, restat modo declarare quid intelligamus per materiam furiosam , & turgentem : Galenus 2.2. *Aphor. part.* & primo *Aph. 4. part.* & decimo eiusdem explicat ter , quod intelligat per hoc vocabulum δύνη̄ seu turgore , Hippoc. dicit sumptam esse similitudinem ab animalibus conciratis ad coitum ; quomodo animalia concitata ad coitum huc , & illuc feruntur , & stimulantur, vt semen expellant; ita materia quæ vult egredi excorpore , huc & illuc fertur vt viam inueniat. Quando igitur materia quæ facit morbum , huc & illuc mouetur, & continuo vagatur dicitur turgere: in com. primi *Aph. 4. p.* addit & accelerat res ad ita agendum in decimo: postea addit aliud : Quia de re ad materiam turgentem duo videntur requiri. Primum quod materia moueat de loco ad locum: secundo quod suo motu excitet virtutem expulsuam ad expellendum : *de compos. med. secundum locos* addit hoc idem, dicens: materia tunc dicitur esse turgens , quando iuuat ad expulsionem , & non habet stationem firmam in aliqua parte , id est quod non sit humor fixus. Quoniam ergo ista materia mouetur , & mouetur, vt expellatur, & natura comparatur est, vt facile sit rem situalem , & firme loco non manentem expellere ; ideo materia turgens debet euacuari, quia faciliter educetur quacumque volveris ; sed maximè debet euacuari, ea parte quæ ipsa tendit , vnde dolore descendente in pleuris illa materia debet esse turgens, & debet per secessum euacuari, quia tendit sua natura ad intestina.

Materia ergo furiosa secundum Gale-

num est, quando mouetur: & suo motu incitat expulsionem : Auicenna in verbis suis videtur dicere , quod materia dicitur turgens quando est mobilis, id est moueri potest, tamen si quis videat ea quæ scribuntur ab eo in cap. de melanch. videbit nihil penè differe à Galeno 3. cant. Arist. in 7. de natura animalium loquens de perdicibus , visus est eodem verbo δύνη̄. Item quarta *Aph. problematum* nobis non turgentibus. Item 6. de natura animalium : cognoscemus animalia esse concitata ad coitum ex tremore pudendorum, & frequenti emissione virinæ. Herodianus qui exponit voces Hippocratici dicit hoc eodem verbo , vti nos in declarando emissionem tractandum in arboribus. Vnde Virg. *turgente in palmite gemma*, id est oculi, aut lacrymæ. Qua de re fallunt qui dicunt materiam esse furiosam, ex quantitate, vel in loco propinquo membro principali , vel pestilenti. Vbi non est ille motus non potest dici turgere , & vbi natura non insurgit ad eam expellendam, bene illam faciunt considerationem. Rasis continuam dicit materiam esse furiosam , modo non faciat phlegmonem, id est non sit fixa in aliquo membro , & sic in principio purgat omnes febres quæcumque tandem illæ sint: sed eius sententia iam explerta est. Averroës volebat in omnibus morbis acutis ; non quod hæc opinio falsa sit redarguere ex 10. *Aph. 4. part.* Sed hæc sint satis : cras videbimus determinationem, quam ponemus in quarta, conclusionibus certissimis, & resolutissimis.

LECTIO ultima.

Diximus materiam nisi sit concocta non esse pharmaco educendam, præter materiam furentem, id est in motu iuante ad expulsionem ; sed est dubitatio. Galenus in tractatu quos, & quando oportet purgare, dicit tenues , & seruos humores esse purgandos à principio: & per seruos intelligit aquosos , neque oportet expectare concoctionem. Præterea Hippocrates 2. part. si quid mouendum , move in principio. Ergo relinquit in arbitrio medici si in principio velit euacuare. Præterea in pestilentibus febris, & vénenosis omnes conueniunt, quod oportet magis statim purgare , quæ si effet illa materia furiosa.

Ad primam harum dubitationum dicimus quod Galenus in eo libello declarauerat: quod de euacuatione facienda primò sumitur à viis per quos debeat transire indicatio: oportet enim vt viæ sint apertæ. Secundò sumitur ab humoribus indicatio, pituita per inferius; bilis per superius. Tertiò ex anni temporibus : quartò ex consuetudine ; quintò ex membrorum natura, vt in morbo icterico debet euacuari bilius; à sexto in loco in quo est phlegmon: septimè à tempore morbi, nam in principio debent euacuari humores tenues, & serosi, id

id est aquosi, in statu postea non possunt. Non est sensus Galeni quod semper in principio morbi sint evacuandi tales humores, tenues minimè: sed vult dicere si quando opus est quod in principio faciamus evacuationem, quemadmodum sèpe accedit, & nos concessimus, tunc debemus dare medicinas, quæ solam evacuant humores tenues, crassos minimè; quia illi non poterunt educi. Ad secundum de febre pestilenti, est magna controuersia. Aliqui sunt qui in febre pestilenti dant statim potens, & eradicans medicamentum; ne venenositas attingat cor: alij nihil dant, ne moueantur humores corrupti: & illa commotione pertingant aliquo modo ad cor, atque eum inficiant. Alij sunt qui dant solum minotatiuas, & medicinas faciliores. Dico quod Hippocrates 3. *Epid. in tertia constitutione* dicit; quod purgationes lèdebant plurimos, & omnes moriebantur ex fluxu ventris: ergo videtur reprobare purgationes in ista febre pestilenti, quoniam incitant fluxum ventris, ad quem sequebatur mors. Auicenna autem vititur solum medicinis leuioribus: unde *prima quarti* loquens de febre putrida in generali, dicit. Summa totius cure est, exsiccatio: nouis interpres vertit alleuiatio. Unde notandum est quod in febre pestilenti conueniunt quinque isti modi leuioris evacuationis, prouocatio vrinæ, prouocatio sudoris, lenitio ventris, missio sanguinis, & prouocatio vomitus si non tentet hanc viam.

In summa curatur pestilentialis febris, quemadmodum putrida vno tantum excepto, *primo de differentiis febr. cap. 4.* Debemus enim exsiccare, conseruare in exsiccatione, & repletum evacuate, & obstrunctionem aperire. Et his tribus modis conseruamus nos à pestilentiali. Quando postea accidit febris, quia morbus est putrefactio in immoribus, quod sanè potest fieri duabus modis; aut ex obstrukione, quoniam humores non eventantur, & sic coquuntur puntur; aut ex superflua humidatione, ac euennit propter aërem corruptum, & pestiferum attractum. Si euennit ex obstrukione curatur in omnibus ut putrida: si vero ex aëre pestilenti; oportet adhibere ea, quæ à proprietate prohibent malitiam aëris, evacuare humores non est satis, quia noui generantur mali, qui aët continuo attrahit. Et in ipsis omnibus pestilentialibus pharmacum nocet, quia agitat materiam, & pertingat ad cor, facit fluxum, & addit venenositatem venenositati; solum excipitur illa medicina aloë, mirrha, croco, quæ confert in pestilentiali. Ideo dandus est bolus armenus. Vindendus est Galenus de *Præsagio, &c.* vbi loquitur de hecstica pestilentiali, scilicet ea quæ imbibita est in substantia cordis. Sed instatur quia in *quinto meth. scribitur*, quod quidam magna facta exsiccatione, & evacuatione libertati sunt. Dico quod loquitur de evacuatione facta à natura

non cum pharmaco: non igitur in pestilenti debemus vlo pacto evacuare.

Ad aliam rationem *si videtur mouendum moeas in principio*: intelligitur non quod hoc relinquatur in arbitrio medici, sed si non rationabiliter, debes in principio mouere, & non in statu, & maximè hoc intelligitur cum missione sanguinis, cum pharmaco, tum quando opus est. Notandum quod apud medicos principium sumitur tribus modis, velut pro illo puncto indivisibili, de quo medici non loquuntur, quia est imperceptibilis, vel vt est pars morbi, scilicet dum manet materia in concocta, & nullum signum apparet manifestæ concoctionis; vel pro tribus primis diebus. Dico itaque quod si accipiatur pro tempore morbi in quo materia nondum est concocta, sèpe accedit purgare in principio quando materia turget. Secundo quando est phlegmon in aliqua parte, & corpus est sanum: nos volumus evacuare totum corpus. Sed qua est causa quod potius in principio mouendum est, quam in statu? Causa est virtus fortis, in statu est facta debilior, cuius rei quadruplex debet esse causa. Prima quia medicina est aduersa corpori nostro, & non potest non aliquid nocere, & vim aliquam inferre naturæ. Secundo quia conducit de bono, vt de malo: ideo hæc virtus fortis magis tolerat. Tertio medicina non est illa qua evacuat: oportet vt virtus sit illa quæ actuet pharmacum: ideo necesse est esse fortem. In tertia acceptione principij rite accedit purgare: quia sèpe euennit quod in tribus primis diebus apparet signa bona concoctionis.

Huc vixque dicendum est quod materia non est purganda, nisi materia sit concocta, vel vere turgens, vel medicus non vellet curare, sed prolongare. Aliud modò considerandum, quod licet evacuatio cum pharmaco non conduceat: conduceunt tamen alia evacuationes, missio sanguinis, lenitio ventris, prouocatio vrinæ, sudoris, vomitus, si natura tentet; in quo errat Galen. qui dicit istas evacuationes non evacuare materiam morbi, sed communem eorum corporis. Hoc est contra Galenum, & dico quod istæ evacuationes evacuant optimè. De materia morbi pluribus vicibus; & de materia quæ est in venis 11. *meth. cap. 9.* dixi quotidie posse aliquid per sudorem, aut per vrinam evacuari, adeò vt pluribus diebus tota materia evacueretur sine periculo, & absque vila laſione, aut commotione, & melius est tentare istas vias pluribus vicibus, quam una vice tantum velle evacuare, & pharmaco, & commouere humores. Est aqua hordei, aqua mellis, aqua appiij quæ aptæ natæ sunt evacuare per omnes vias. Ideo Galenus non solet vti nisi his rebus quæ evacuant per plures partes, vt natura possit expellere quæ parte velit.

His stantibus colligamus, & conclu-damus. Primi certum atque indubitatum

est quod quando aliqua pars est lœsa, vt
puta, quæ in oculo sit phlegmon, aut in
guttur, angina, & reliquum corpus sit
sanum, & vrina sana, quod conuenit
euacuatio totius corporis, quoniam nos
intendimus euacuare materiam concoctam
& non materiam crudam: corpus enim est
sanum, qua de re ubicumque sit phleg-
mon, modo non sit in jecore, aut in ven-
triculo: conuenit primo missio sanguinis:
Secundū si opus est pharmacum, si non
opus sit medicinis, agentiis lepiter cum
clysteribus. Et hoc non est contra Apo-
quia materia dicitur esse concocta, namque
enim euacuat̄ur materia in loco affecto,
& vniuersi corporis. Tertio certum, & in-
dubitatum est quod quando materia est
concocta, siue est furiola, & est purgandum
quidem, sed non nisi via sint aperte, aliter
daremus pharmacum, & nihil educeremus,
quoniam via non esset parata. Sit mate-
ria quantumvis furiosa, & via sint obstru-
cta, non debet educi, *prima pars Aphorisi-*
com. 24. ratiō est quia & ger accipere non

cumentum pharmaci, & nullum habent
iumentum, quia nihil educeretur, vnde
ponemus quatuor conclusiones.

Prima conclusio: *materia cruda existen-*
te, & cruditate in urina apparet, non est ena-
cunda cum pharmaco nisi sit verè turgens.
Secunda conclusio quando materia est perfe-
cte concocta, debet dari pharmacum, modo na-
tura alio non temet, ut per vomitum, nam quo-
cumque natura repit, &c. Tertia conclusio,
quando materia est in medio, id est licet non
sit perfecte concocta, tamen iam appareat
signa manifesta concoctionis: si morbus ur-
genz debet medicis dare pharmacum leue: si
possit expectari, expectetur integra concoctio.
Quarta conclusio: *Quacunq[ue] sit necessitas*
dandi pharmacum, modo non sit via aperie,
modo materia non sit aperte educere, non debet dari
pharmacum. Item nisi cetera consentiantur. Est
notandum quod aliquando quando res est
desperata, & constat virtute in superati om-
nino à materia, potest dari pharmacum, vt
tentemus aliquā viam, & ne omnino relin-
quamus ægrū. Sed hoc nō nisi re desperata.

LIBER